INSCRIPTIONES
FALSAE VEL ALIENAE.

1* *Wotton Parsonage, Surrey*, rep. *at a gate-post in a farm yard.*

diis manibus ob faustulam filiam
cariss. pos. caius suetonius procoss
s. i. t. l.

Th. Williams *gent. mag.* 54, 1784 p. 403. Fictam esse ad loci dominum fallendum observatur *gent. mag.* 55, 1785 p. 512. 680.

2* *Bath* anaglyphum aeneum forma ovali servatur in museo. Caput est feminae diademate ornatae dextrorsum spectans, cui adscriptum est

POMPEIA·I·C·V·

Descripsi et damnavi. Warner p. 123; Scarth *Aquae Solis* p. 84 tab. 34.

Opus est saeculi proximi exeuntis.

Pompeia I(ulii) C(aesaris) u(xor)

3* *Cambridge*, lamina aenea quae inventa est in sacrophago reperta *in the Castle yard.*

KI¦I€III YI'IδXX
Φ Φ Φ ΦI¦I'

Gent. mag. 55, 1785 p. 763 tab. 2 fig. 6 ubi ita explicatur: *Kat Omyat died anno Christi 416.*

4* *Caerleon*, rep. in *Little Bulmore* anaglyphum viri togati, stantis, operis certo antiqui neque mali, in museo. Supra inscriptum est

AVG CÆS
in latere W K

Descripsi et novicium esse titulum utrumque statim vidi. Lee Isca p. 22 tab. 8, 2.

5* *Scanthorpe* prope *Frodingham, Lincolnshire.*

arces artifices arte perire sua
scripta manere nequit lintea sculpta manet
puluerulenta domus sic cinis omnis homo est

Allen *history of Lincolnshire* 2 p. 219 qui Romanam esse putabat; esse potius saeculi XVI vel XVII recte monuit Ed. Peacock *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1866 p. 374.

6* *Appleby*, in aedibus *Bainbrigg* (a. 1722).

iul. frontinus domuit brigantes et silures
huic successit iul. agric(ola) sub vespa-
(siano)

Hayton n. 12.

7* *Appleby*, in aedibus Bainbrigg (a. 1722).

aballaba quam c. c. fluit ituna statio fuit ro. temp. m. aur. aurel. hanc vastavit f. f. guil. r. scot. 1176 hic pestis saevit 1598 opp. desert. mercatus ad gil shaughline deum time

Hayton n. 14.

8* In *Old Perith* non ita pridem hanc inscriptionem effoderunt.

c. limisius . . . .
charissimæ coniugi et pientiss
filiæ . . . . posuit
uxor vixit annos xxxs
filia xx

Camden ed. I p. 455 (inde Scaliger cod. Lugd. 61 et in syll. maiore p. 52; Goughs Camden 3 p. 440 'ex schedis Woodfordi'; Lysons *Cumberl.* p. 160, 142).

Orta sine dubio ex memoria incerta tituli n. 327, quem postea demum accuratius descriptum Camdenus accepit; nam omisit eam in editionibus inde ab sexta (a. 1607).

10* Rep. Aug. 3, 1775, prope *Wallsend.*

hadr
mur: cond
hoc. marm
pos. coss. d

Newcastle Journal Aug. 26, 1775 (inde Pennant *tour in Scotland* [1776] 2 p. 289; ex Pennante Brand *Newcastle* 1 p. 604; Hutchinson *Northumb.* 2 p. 364; Goughs Camden 3 p. 513; Bruce *Wall* p. 91).

Falsam esse, quod nemo tum ignorabat, Brandius iam pronuntiavit.

9* *Ebchester*, rep. iuxta viam Romanam, *by the washing of the floud in the banks of the Derwent.* Ab aliis rep. credi in flumine *Dearness* prope *Lanchester* adnotat BRUCE. Servabatur apud SWINB.

D E O
VERNO
STONO
COCI Ɑ
O VIRII L!'
CERVⱢIO

Porcustus (Swinburne) *gent. mag.* 54, 1784 p. 974 tab. fig. 3 (inde Goughs Camden 3 p. 371; Hodgson *hist. of Northumberland* 2, 3 p. 178 adn. *g*; alii); Hutchinson *Durham* 2 p. 433; Surtees *Durham* 2 p. 300; Bruce lapid. n. 663.

5 OVIRII, 6 CERVSI Swinb.

Hodgson adnotat: *The late Mr. Isaak Jopling, of Gateshead, sculptor, told me that Mr. Swinburne, the author of travels in Spain and the two Sicilies, emploied him to make an altar to be set up in some part of his grounds at Hamsterly, near Ebchester, and that after it was inscribed* (sequitur titulus s. s.), *it was scoured with a sandstone to take off its appearance of newness. But was it this altar or some other, which Mr. Jopling was employed to make? Mr. Swinburne wrote in the Gentlemans Magazine under the signature of Porcustus, in which great store house of history he gives an account of this altar* (l. s. s.). Itaque ipse Hodgson suspicionem incertam esse concedit; equidem magis putaverim titulum male lectum esse, et imperite restitutum a quadratario illo recenti quam fictum omino.

11* *Cambeckfort.* Lapis longus ped. 2 dig. 2 altus ped. 1 dig. 2.

SOB DEO ƆVDEP

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 5 fig. 14; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 13; Bruce lapid. n. 466.

ⱯVDEO Carl., ƆODED Hutch., ᗡODEP Bruce. Carlisle addit: *I can make no conjecture what this stone was intended for, or what the letters upon it mean; I think they may be read* sub deo rubeo. Fuit fortasse potius *sob deo audeo.* Sed puto recentem esse, vix christianam saeculi circiter quinti, ut proposuit Bruce.

12* *Lately it is said there was found not far from Carlisle, near the* vallum, *a stone with this inscription.*

sept. seuero imp. qui murum hunc condidit

Gibsons Camden ed. II (1722) p. 1046 (inde Gordon it. sept. p. 84; ex hoc Bruce *wall* ed. II p. 362).

13* Rep. in *Birrens.* Tabula lapidea fastigio ornata, v. 1 in fastigio scriptus est.

ꝶ·Ꝭ·C
D · M
CONST · FILIÆ
PHIL·MGN·V·MI
I·M·VIII·D X
◎ H·S·E ◎

Wilson *prehistoric annals* p. 400 (inde *gent. mag.* 35, 1851 p. 501) ex schedis Irvine, ubi titulus dicitur proferri *in a note, which appears to have accompanied the drawing of the altar of Minerva, found at Birrens* (n. 1071), unde ad *Birrens* eum pertinere concluditur. Provenit fortasse ex falsariorum Italorum officinis.

Dis Manibus Constantiae filiae Phil(ippi) Magni vixit annis I mensibus VIII diebus X. Hic sita est. Frater fieri curavit.

Fictam esse in lapide ipsa litterarum forma, qualem exhibet Wilsonis tabula, et exemplum mihi a Ioh. Stuart missum aperte docent.

14* *Arthurs Oven* prope *Camelon;* litteras in eo fuisse I.A.M.P.M.P.T Sibbaldo *hist. inq.* p. 44 (inde Stukeley in dissertatione inscripta *Arthurs Oven* cet. Lond. 1720 4.; Gordon it. sept. p. 29; Stuart p. 185) retulerant, qui interpretationem profert duplicem, aut *Iulius Agricola magnae pietatis monumentum posuit templum*, aut *Iovi Apollini Marti Plutoni Mercurio posuit templum*, dignam mehercle utramque, quam Gualterus Scott antiquario suo insereret iuxta celeberrimam illam A.D.L.L (*Aikin Drums Lane Ladle*).